



Photo 61

Photo 61  
10/10/10  
10/10/10  
10/10/10  
10/10/10

Photo 61  
10/10/10  
10/10/10  
10/10/10  
10/10/10

~~Biblioteca Universitaria  
GRANADA  
Sala A  
Cajón 31  
Tabla  
Número 110~~

~~4  
H-25~~

laja 2-65



Comienzan los numeros desde .1. asta 25, y luego vuelven  
à comenzar desde el numero .1.º y como estan se an de  
copiar.

Optimum of ...  
a ...  
copy

Del Sr. Pedro de Montenegro

Del Colegio de la Compañía

Memoriales, 1  
Hr de Granada. B.B.C.

Tratados y varios Papeles, y Decretos

Pontificios

en favor del Misterio de la purissima Concepcion  
de Nuestra S.<sup>a</sup>

L.

Nuevas Cartas de Reyes, Reynas, Princes  
assi Ecclesiasticos, como seculares

escritas a los Summos Pontifices en diferentes  
ocasiones

pidiendo la definicion del misterio de la  
Concepcion de Nra Señora

Tomo Primero.



Indice de los Papeles esta en la op. siguiente.

Notiene papel alguno prohibido  
por el ex purgatorio R. d. d.  
o decretos q. tenemos el o. g.  
an. salido hasta el año  
de 1724.

Labado

sea el S. M. Sacram. y la immaculada  
Concepcion de la Virgen Maria nra S.<sup>a</sup>  
concebida sin pecado Original.

*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



2

Índice  
de los Papeles de este Tomo.



Mr. [unclear] [unclear]  
[unclear] [unclear] [unclear]





Apologia pro Sanctissimo Prædicatorum Ordine  
aduersus populare odium ex Controuersia de B. Virginis Conceptione  
in omne Dominicanum nomen immerito conflatum.

N<sup>o</sup> 143

n. 15 298

14-127

Travis et vehemens multorum animos peruasit opinio Sanctissimum Prædicatorum ordinem ipsos quadringentos iam annos Immaculatam Beatissimo Dei genitricis et Virginis Maria Conceptionem magno ingeniorum certamine oppugnasse, et solus Eodæ Dominicanos Catholicorum Regum, Principum ac populorum vota remouari, ac ne Sedis Apostolica decreto sententia illa qua B. Virginem hereditaria siue Originalis macula feditate liberat, cum credendi necessitate sanciat, summa ope intercedere. Hinc porro usu venit, quod à Rege Catholico Romam ex Hispanijs missa amplissimi S. Hispanensis Ecclesie Collegij Relatio exsequitur, ut populi Dominicanos velut B. Virgini infestos toto pectore exsecrari eisq̄ quouis modo molestia esse religioni non habeant. Qua in re cum ordinem de Vniuersa Christi Ecclesia tam excellenter meritum iniuria infamari intelligam, eumq̄ porro etiam bene audire et gratiam habere ad omnem plebem, eaq̄ occasione talentum omnibus eius creditum grandi cum fenore, et animarum luero occupari, ad Dei gloriam magnopere pertinere iudicem, opera præcium haud vulgare facturus mihi videor si falsam istam hominum opinionem minuam ac rebus ipsis gloriosum faciam, maiorem et meliorem ordinem illius partem negatiua, quam vocant, sententia fauere, id est, ei, qua B. Virginem in peccato conceptam negat, cumq̄ eandem sententiam velut omni acceptatione dignam Ecclesia cum omni imperio docuerit, et in eorum capitulum censum decreto suo redegerit, quibus fidei obedientia debetur, ut aliter sentire nefas sit (quod quidem ut rebus relictis fiat omnium fere Catholicorum votum est) omnes eos qui B. Virginis gloria student, nemini, quam Dominicanis, maiorem eo nomine gratiam esse debituros.

Prius vero quam in rem presentem veniamus et optimi ac doctissimi cuiusq̄ ex Prædicatorum Ordine, qui negatiua fauent, verba recitemus, tria videntur nobis explicanda, qua ad iudicium de re tota exploratiuis faciendum vsui esse possunt. Primum, quis negatiua primus propugnator fuerit. Alterum, quot modis contingere possit, ut quis negatiua faueat. Postremum, quatenus et quibus impulsis causis Dominicanorum nonnulli negatiua contradixerint.

Quod ad primum attinet, S. Dominicum primum fuisse inuenio qui negatiuam non modo disputatione, sed et miraculo illustrissimo aduersus Albigensium haresin defenderet. Illi enim inter alia vesaniæ et impietatis sua monstra hoc etiam argumento Jesum Nazarenum non esse Messiam contendebant, quod eius mater Originali fuisse peccato maculata. Verum enim Messiam mundi redemptorem de matre pura, omnisq̄ macula Originalis experte nasci oportuisse, ne primo homine esset deterior, qui in agro Damasceno ex terra munda, non maculata seu maledicta, formatus fuit. Hos



S. Dominicus in libro de Corpore Christi confutauit, opponens eis sententiam multis ante  
S. Ihesuonis Poletani Archiepiscopi, et post illum S. Anselmi perspicuis verbis expressam  
alijsq; compluribus Ecclesie Patribus probatam, qua B. Virgo sine peccato concepta fuisse  
tuitur, cui ex illis Scripturae verbis firmamentum petijt Cantic. 4. Pota pulchra es, amica  
mea, et macula non est in te. Sed cum Albigensium pernicia contra tenderet, nec in  
Scripturae auctoritate errorem sibi extorqueri pateretur, litem miraculo tamquam certis  
Dei ipsius testimonio dijudicari placuit. Ipse ergo S. Dominicus liber non semel in ignem  
iectus, neq; ulla ex parte laesus sententia eius de veritate Corporis Christi in Eucharistia  
mento, deq; immaculata Virginis Conceptione auctoritatem peperit, multosq; haereticorum  
verum conuertit. Rem vero ita gestam fuisse (quoniam in ore duorum aut trium  
verbum stare Deus iussit, et duorum testimonium verum esse Christus ipse testatus est,  
his hoc loco testimonijs vincemus. Primum est Francisci Martini Cathalani Carmelita  
Doctoris Parisiensis, in libro eius peruehenti manuscripto, qui apud Patres Secretaris  
in Collegij Romani bibliotheca interiore exstat, cuius fol. 56. ita scriptum est.

Hac veritate utitur Ecclesia sicut alij vsus fuit S. Dominicus pro Ecclesia defen-  
quam miraculo confirmauit, ut in Ecclesia praedicatur legitur et ostenditur. Unde legitur  
quidam Chronica Regis francie, quam venerabilis quidam Magister in sacra pagina-  
catus Magister Johannes Sollen Ordinis B. Dei genitricis Mariae de Monte Carmeli-  
cit ad requisitionem regis francie Caroli, quam Chronicam alij ego audivi, de  
Scholaris fui in dicto Studio in sermone quem dictus Magister fecit ad Clerum  
domo fratrum Minorum anno Domini 1364. in dicto loco et Studio: quod tem-  
quo error erat Albigensium in Ciuitate Melosana fuerunt Abbates et viri  
contra eos. Dicebant enim isti tres errores inter ceteros. Primus error, quod  
qui dicitur Christus, non erat ille, qui iam venit, qui debet redimere genus  
manum. Secundus error fuit, quod Eostia consecrata non continebat verum  
pus Christi. Tertius error erat, quod sicut Adam fuerat formatus in agro  
maseno ex limo mundo et non maculato, sic ille, qui debebat redimere genus  
manum, debebat nasci de Virgine non maculata. Sed quia haec Virgo fuit  
maculata per culpam Originalem, igitur non erat ille qui mundum debet  
redimere, natus ex tali Virgine. Et tempore isto ad confutandum illorum  
rorem venit S. Dominicus de partibus Hispania, et arguit contra illos et  
quendam libellum de Corpore Christi, in quo ostendit, quod Eostia consecrata  
continebat verum Corpus Christi illius, qui redemit genus humanum, et dicit  
contra eos, quod Christus natus fuit de Virgine immaculata: et ipsi Albigenses  
dicebant quod non contra eum, quod illa Virgo concepta fuit in peccato Ori-  
nali. Et dicit S. Dominicus in eodem libello respondet, quod non est verum  
quod dicunt ipsi, quoniam ista Virgo est illa, de qua Spiritus Sanctus per  
monem ait. Pota pulchra es, amica mea, et macula non est in te quia  
cula fuisset, pro tunc non fuisset vera illa auctoritas. Tandem venerunt ad mira-

quod ipse procyeret librum in quodam furno ardente, et si ibi non combureretur, crederent suis dictis. Et B. Dominicus proiecit eum in furnum ardentem; tandem liber inustus exiit. nec ob hoc crediderunt, nisi poneret hostiam, in qua dicebat verum Corpus Christi contineri. Et posuit eam iterum super librum in fornace ardenti, et stetit in igne usque ad finem sine aliqua combustione. Et per illa miracula ipsi conversi sunt.

Alterum testimonium existat in Tabula lignea inaurata qua Barcinone per trecentos amplius annos in publico eius urbis tabulario scilicet archivio magna cum veneratione asservatur, cuius exemplar auctoritate publica descriptum, et ab Episcopo Barcinonensi comprobatum regni Aragonie Typographus anno 1619. CaesarAugusta in folio viginti typis expressit, Romae servat spectatissima pietatis vir D. Mattheus Vasquez Hispanensis Eclesiae Canonice, et Carmonensis Archidiaconus in quo quoniam eadem qua in superiore testimonio pauca tantum verbis mutatis leguntur, idem hoc loco reddere nulla videtur ratio.

Tertium testimonium est ipsius Sedis Apostolicae qua in officio Conceptionis, quod scriptus IV. in Constitutionibus suis de reliquijs et Veneratione Sanctorum ab Ecclesia Romana ordinatum et institutum testatur, itemque in Romano Breviario veteri verba illa S. Dominico adscribit: Sicut primus Adam fuit ex terra Virgine et nunquam maledicta formatus; ita deicit in secundo Adam fieri; qua verba ab Albigensibus vere iactata Dominicus omni acceptione dignissima fassus est, cum ea S. Andreas Apostolus esse eandem ignoraret ex testimonio Achaiae diaconorum et Abbae Babylonij histor. lib. 4.

Neg vero est quod quis ante Albigenses S. Bernardum negativae adversatum existimet in ea, quam ad Lugdunenses Canonicos de Conceptionis festo scripsit Epistola nam ibi hac controversia prorsus non attingitur, cum de alia Conceptione Bernardus agat, qua inter maritales parentum amplexu, nec sine carnali eorum delectatione peragitur, quam ille sanctam esse posse propterea negat, quod ubi libido invenitur, inde Spiritus Sanctus, ac proinde Sanctificatio absit. Non autem de Spirituali Conceptione loquitur, quam S. Anselmus festi diei solemnitate prosequendam docet, quod in ea Spiritus, scilicet anima Virginis creatus et in corpore conceptus, id est, ei unitus fuit. Erubescant (inquit) insensati, qui tantum diem tantaque Sacramenta ac mysteria tenebris ignorantia detenti, respiciunt celebrare, eo quod viri et mulieris copula in Conceptione Virginis existit. Et licet eius Conceptionem, eo quod carnalis existit, non placeat hodie celebrare, tamen diem illum et noctem, quamvis sane multis incognitam, et tempus et horam Spirituales Conceptionis eius hodie celebrare delectet, qua ipse qui est animarum conditor, animam suae matris dignam Sanctissimo eius corpori Virginali angelis ministrantibus copulavit. Si non placeat illis celebrare solemnia Conceptionis Carnalis Domini cae matris, placeat eis colere animam eius Spiritualem creationem, et corporis atque animae copulationem. O quanta est dies illa, qua nosse reparatricis anima digna creatur et Sacratum, et Sanctissimo Corpori unitur. Non est verus amator Virginis qui respicit colere diem Conceptionis.



171 P. 5  
Agere vero Bernardum de Seminatione seu Carnali Virginis Conceptione, animae  
creationem siue Animationem antegressa perspicui Albertus Magnus, fatetur in 3.  
dist. 8. art. 4. et Alexander Alensis part. 3. quaest. 9. membr. 2. et S. Bonaventura  
3. sent. distinct. 3. art. 1. et S. Thomas eadem dist. 3. Hi enim omnes ex ista Bernardi  
ad Lugdunenses Epistola demonstrare conantur B. Virgini ante animae infusionem  
Sanctitatem non contigisse. Cum autem alijs locis Bernardus Virginem ad purum  
seruatam affirmet, et in peccatis conceptam neget, (in sermone de B. Maria qui in  
Miraculum fuit. et serm. 13. in Cena Domini, et serm. 4. super Salve Regina, et serm.  
de Joanne Baptista) fateri oportet, cum id ipsum docuisse quod S. Dominicus aduersus  
Albigenses defendit, et habere omnes germanos Dominici filios, cur cum Albigensibus  
Lutheranis, et Calvinistis potius, quam cum S. Dominico sentire erubescant, ne cum  
gente Virginis calcaneo insidians merito censeantur. Si enim subiectio originalis peccati  
caput est Diaboli (ut S. Augustinus docet) id autem Caput à B. Virgine contritum  
Sancti Patres tradunt, necesse est, ut innocentia et puritas siue immunitas ab originali  
peccato sit calcaneum Virginis quo serpentis caput contriuit, utq; calcaneus eius in  
nihil sit aliud, quam Conceptus eius puritatem in dubium vocare velle, quod quidam  
dem Albigenses, Lutheranos et Calvinistas facere, nihil mirum est, cum in eos  
quaq; conueniat, quod Iudaei à Christo audire, Vos ex patre Diabolo estis, et desiderium  
patris vestri vultis facere, quorum desideriorum unum est Virginis calcaneo in  
omnemq; primo eius ortu seu Conceptioni, puritatis et innocentiae opinionem abrogare.

Quod ad secundum attinet, modorum, quibus Immaculata Virginis Conceptione  
faueri potest, alius directus est, et apertus, si quis nempe perspicui ac sine circuitione  
B. Virginem in peccato conceptam fuisse, siue à primis parentibus peccatum contri-  
isse neget, aut in primo suo ortu, id est, in Animatione aut in anima et Corporis  
copulatione praeferuatam aut sanctificatam, siue iustitia donatam affirmet: et  
vero ostendit siue obliquus et textior, si quis dicat quiddam, ex quo simul  
alia sententia quam aliunde veram et certam esse constet B. Virginem in  
peccato conceptam fuisse necessario sequatur, cuius quidem modi nouem genera  
in his, quae afferentur exemplis animaduertere licet: Primum est, cum  
non modo fidei mouimq; legem ab Eulenia latam, siue expressam eius iustitiam  
onem, sed etiam factum eius siue consuetudinem veritati consentaneam esse  
ab omnibus emulandam esse, nec sine contentione aut inobedientia nota  
praeteriri posse affirmat. Secundum, cum quem alterius librum seu verbum  
et à Deo inspiratum, aut sanctae doctrinae congruentem laudat, in quo  
constet immaculatam Virginis Conceptionem ex professo et auctoritate  
Tertium, cum ad docenda alia B. Virginis priuilegia quorum in Sacris literis  
et Ecclesiae traditione non ita certa sunt fundamenta, ut utitur rationibus  
que vel maius, vel par saltem momentum faciant ad Conceptionem eius a



260 145

omni macula vindicandam. Quartum, cum puritatem B. Virginis tribuit  
qua maior sub Deo nec cogitari potest. Quintum, cum in Conceptionis festo  
rem veram certam et indubitam ab Ecclesia celebrari confitetur. Sextum,  
cum affirmatiuam concedit esse incertam ac dubiam, et falsam esse posse.  
Septimum, cum Ecclesia probabiles sine causas agnoscat, cur Virginitatem ab Ori-  
ginali peccato preservatam crederet ac doceret. Octauum, cum eos, qui Sixti IV.  
de Conceptionis negotio leges migrare non dubitant, impietatis condemnat  
ac pro excommunicatis habet. Postremum cum à Pontifice licet de Concep-  
tione, sententia pronuntiatione dijudicari seu definiri posse ac debere  
statuit, utque id quamprimum publicè pacis causa faciat, omnibus pre-  
cibus contendit, quamuis ex ipsa Sixti IV. lege, certissimum habeat, si  
id fiat, negatiuam vitricem futuram. Cum enim eos Pontifex Saceris in-  
terdicat qui sententia sua, hæreses aut impietatis notam Negatiue impo-  
nunt, propterea quod talis eorum sententia sit falsa, peruersa, erronea et à  
veritate penitus aliena, iam ~~impossibile~~ in necessitate est credere, negatiuam nec  
quaquam vel hæreticam vel impiam esse. Hinc consequens est, ut ab Apostolica  
Sede negatiua condemnari nullo modo possit, sicut nec AVTA PATRUM seu Con-  
tradictoria eius cum omni imperio doceri vel de fide definiri. Quicquid enim  
de fide definitur, eius contradictoria tanquam hæretica condemnatur.  
Affirmatiua autem contradictoria nequaquam est hæretica, velut Sixtus  
et Tridentina Synodus apertissime statuunt. Affirmatiua igitur de  
fide nullo modo definiri potest, ac proinde qui liti dijudicationem, seu  
definitionem à Pontifice postulat, is eadem opera ut negatiua de fide de-  
finiatur, allaborat.

Quod ad tertium attinet, quatuor reperio causas, quarum unaquæque  
Dominicanorum nonnullos impellere potuit, ut negatiua se opponerent.  
Prima est, quod cum Sanctorum Patrum scriptis non aequè versati essent, ab  
illis porò Patribus, quorum verba sententiarum magister recitat, ab ea regu-  
la qua omnes in Adam peccasse dicuntur, solum Christum excipi viderent,  
nequaquam eis in mentem venit, ut istam Scriptura Patrumque regulam  
cum unius Christi exceptione naturam respiceret, nec per illam B. Virginis  
privilegium suæ gratiam impediri cogitarent, adeoque prorsus Patribus aduersari  
religioni vbi dicerent. Altera quod de Ecclesia consuetudine atque sensu  
in celebrando Conceptionis festo, id quod res erat non satis compertum habe-  
bant, alijs existimantibus in Romana Ecclesia B. Virginis Conceptionem  
nulla prorsus festæ diei celebritate coli adeoque sanctam minime censi,  
alijs vero, festo non ipsius Conceptionis sed Sanctificationis suæ liberationis à  
peccati macula iam suscepta rationem haberi, velut ex D. Thoma Sum-  
ma part. 3. quest. 27. art. 3. itemque ex S. Bonaventura, Joanne de Nea-



741 113  
goli, Joanne Campolo, Aegidio Romano et plurimis alijs constat, quorum omni-  
um sensum Eccl. B. Joannis Dominici verba in Ecles. 7. aperire censenda  
sunt: Libenter hoc Maria concederem, si Ecclesia non repugnaret. Si  
num fit, eorum errorem tam in verbis Patrum intelligendis, quam in Eccl.  
consuetudine, aut ignoranda, aut perperam interpretanda veniam me-  
reri, cum Sixti IV. leges nondum exstarent, quae miram et Immaculatam  
Virginis Conceptionem atq; à peccato preservationem, non autem Sanctifi-  
cationem ab Ecclesia festo celebrari testantur, neq; Synodi decretum fuisse  
conditum, quo fides fit, Spiritus Sancti per Apostolos et SS. Patres loquentis  
consilium siue intentionem non fuisse sub latitudine vel vniuersalitate  
regulae illius, quae omnes homines sub Originali peccato concludit, B. Virgi-  
nem comprehendere. Ceterum quam idem Doctores circa Ecclesiae consuetu-  
dinem in celebranda Virginis Conceptione alucinati fuerint, praeter illa Sancti  
selmi verba quae iam reddidimus, etiam S. Gregorius aperit, cum ab Ec-  
clesia in festo Natiuitatis B. Virginis non modo extremum Natiuitatis tempus  
quo nata fuit, sed et principium eius quo nasci coepit, seu quo concipiebatur  
hoc est, utramq; eius Natiuitatem in utero et ex utero, celebrari ostendit  
ex eoq; Virginem ab omni Originali culpa intactam fuisse efficit, quem  
locum totum infra ex Vincentio Beluacensi representabimus. Postea  
vero Ecclesia Romana Ecclesiarum Angliae, Galliae, Germaniae, Daniae,  
Normanniae à S. Anselmo edoctarum consuetudinem diuina reuelatione  
captam imitari, et Conceptioni Virginis primum seu peculiare festum  
stituisse coepit, quod iam trecentis abhinc annis factum fuisse ex Joanne  
Bachonis Carmelite clarissimi Doctoris testimonio discimus in 4. sent.  
distinct. 2. quest. 4. art. 3. Publica inquit, et diuturna consuetudine  
celebratum est hoc festum, in Curia Romana etiam cum venerabili  
Congregatione Cardinalium, cum solempni Missa et sermone singulis annis  
in domo fratrum Ordinis B. Mariae de Carmelo. Et haec durauerunt  
tempore multorum Romanorum Pontificum usq; ad praesens tempus,  
constat quod tanquam diuturnam et notoriam solemnitatem, ipsi  
Curia praesentibus, seruata bene nouerunt summi Pontifices et Sedes  
solita et per consequens hoc est Sancta et Catholica religio. Cum istis  
christi conspirant quae Johannes Gauleus, Dominicanus Ordinis lumen in  
culo de Caecitatibus circa annum 1350. scripsit, quae verba inferius reu-  
luntur. Sed et Basiliense Concilium de vetere ista Ecclesiae Romanae  
consuetudine his verbis luculente testatur: Renouantes institutionem de  
celebranda Sancta eius Conceptione, quae tam per Romanam, quam alia  
Ecclesias 6. idus Decemb. antiqua et laudabili consuetudine celebratur.  
qua Dominicanorum quosdam mouit, causa est imperitia multorum  
nulo

pulo superstitione iuncta, cui ne incrementa sumeret, latiusq; serperet, recte  
 se Dominicani occurrere iudicant. Alios enim studium erga B. Virginem  
 seu deuotio in eum erroris scopulum impigerat, ut B. Virginem Christi sang-  
 uine redimi necesse nequaquam habuisse crederent: alios autem ut eam ex Spi-  
 ritu Sancto, non ex naturali parentum commistione conceptam putarent Cardi-  
 nali Surrecremata teste, cuius verba sunt libri de Conceptione B. V. parte 10.  
 cap. 3. pag. 207. b. Populus rudis non intelligens, quid est contrahere Originale  
peccatum pro magna parte hoc per id intelligere videtur, quod est non per Con-  
ceptum maris et femina esse conceptum. In cuius signum in multis locis des-  
 pingunt Virginem benedictam, ex solo osculo conceptam esse. Imo quod grauius  
 est, et citissime per Eclesiam radendum, in nonnullis Clericorum Breuarijs  
 scribitur historia B. Anna habens verba, que sequuntur, ipsi Joachim per  
 Angelum dicta videlicet: Propter quod conuertere ad coniugem tuam, et in-  
uenies eam habentem in utero de Spiritu Sancto: pro quo gratias offeres Deo,  
et semen eius erit benedictum, et ipsa erit benedicta, et mater benedictio-  
nis eterna constituetur &c. Sed et Robertus Curauiohy de Licio Francis-  
 canus Prologus Vincentio Justiniano Artificio referente dolenter queritur, non  
 pauca inueniri altaria cum Joachimi et Annæ se amplexantium piua effi-  
 gie, adscriptisq; verbis, quibus perspicue affirmetur, B. Virginem inter istam  
 parentum eius amplexationem ex Spiritu Sancto conceptam fuisse. Tam no-  
 tabili blasphemia et impietate magnam doctis solitudinem idem Justiniano  
 iniectam scribit, ut auctoritatem errori dare metuentes Conceptionis fes-  
 tum celebrare dubitarent, ne ea, que sentiebant, de Immaculata Vir-  
 ginis Conceptione verbis aut scriptis promerere auderent. Postrema cau-  
 sa est, quod cum eorum fidei ac vigilantie tantum, sedes Apostolica  
 tribuerit, ut eos Hæresion quasitores ac velut Fiscales, sana doctrina  
 Advocatos constitueret, hoc officij ac muneris sui rationem exigere à se  
 censuerunt, ut Negatiue quicquid excogitare possent, opponerent. Sic  
 enim minime eos fugiebat futurum deniq; ut aliorum ad veritatem in  
 hac controouersia indagandam ingenia auerentur et excitaretur indus-  
 tria, possetq; Sedes Apostolica consumptis omnibus contradictionibus secundiorum  
 populorum omnium voluntate negatiuam decreto suo sanare et cum credendi  
 necessitate publicare. Hoc ergo si nunc fiat, nempe ipsorum opera magna  
 ex parte debebitur, quod Negatiue veritas diluxit, et dijudicationi seu defini-  
 tioni plane maturuit. Neg. huius eorum beneficij hoc leuior debet esse gratia  
 si nonnulli Zelo et contentioni indulgentes Apostolicæ Sedis Sanctionibus non  
 æque remoueros probauerunt. Nam et Paulus Apostolus, quamuis plane per-  
 spiceret, nonnullos in Euangelio Roma prædicandos, non vllò diuina gloriæ Zelo  
 teneri, aut veritatis Audio Livi, sed id vnum modo spectare, ut ea ex re turbis

ac dissidijs in populo exortis, in ipsum Paulum velut earum turbarum concitatorum  
rem Neronis seuitia accenderetur, cur tamen eo etiam nomine gauderet, satis  
causa habere arbitratus est: Quidam (inquit) propter inuidiam et ex contentione  
non sincere aut propter bonam voluntatem Christum predicant, existimantes pro-  
suram se suscitare vinculis meis quid tum? Dum omni modo, siue per occasi-  
siue per veritatem Christus annuncietur, et in hoc gaudeo, sed et gaudebo. Philip.  
Similiter igitur dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem B. Virginis  
puritas illustretur, merito gaudemus, magnamque illis habemus gratiam, quorum  
siue bona siue mala opera, perfectum est, ut de Immaculata Virginis Conceptione  
non sint iam in nobis schismata, sed id ipsum credamus et dicamus omnes, simulque  
perfecti in eadem mente, et eadem sententia. quod ipsum hodie totus Predicatorum  
ordo vniuersum vovere se atque exoptare in suo ad Cardinales Heresicon Quarta  
libello testatur, et eos, qui Sedis Apostolicae ea de re decretis parere negli-  
gunt, impietatis grauius condemnat, velut infra ex ipsius libelli verbis  
apparebit. Non magis igitur paucorum intemperies vniuersae Dominicanae  
familiae existimationem, quam Iuda perfidia ac proclitio Apostolici Collegij  
auctoritatem debet minuere. Ex maiore quippe et meliore parte vnam quam  
rem spectari ac denominari verum est. Perspicue autem maior et melior pars  
Ordinis Predicatorum negatiua sententia suffragata est. Nam quotquot inde  
ab inueniabilibus velut ordinis ad Septimum usque quartum vicerunt, vno Bandello  
dempto, vel directe et aperte, vel indirecte seu tecte atque implicite negatiua  
subscripserunt, affirmatiua scilicet Pontificis sententia aut definitioni, et  
Eclesiae consuetudini postponentes ac postponi oportere, consentientes. Quae res  
Dominicanorum, qui Septimo 11. aetate exceperunt, de B. Virginis Conceptione  
fuerit sententia, si exploratissime iudicari poterit, si quod Romanis in de-  
nato solenne fuit, dicendi sententia iubeantur. Alia enim Dominicanorum  
pars, simpliciter et absolute Virginem in peccato conceptam statuit: alia cum  
hac exceptione seu conditione, nisi decreto seu definitione Ecclesiae contra-  
sententia probetur: alia vero haecenus, nisi Eclesia vel solo facto, id est, per  
celebrandi consuetudine testatum fuerit, se Virginis Conceptionem nullo peccato  
ingruiatam credere. Jam si omnes Dominicani a Septimo 11. ad nonum  
usque aetate, de hac controversia sententiam rogentur, Bandellus, Spina, et  
pauci quidam alij in affirmatiua simpliciter et absolute pronunciata permanentes  
se respondebunt, propterea quod donec sibi perspicere videantur, affirmatiua  
nam esse fidei veritatem, negatiua vero haesim Scripturae, Concilij ac  
Patribus repugnantem, adeoque se nec Pontificis aliter sentientis determinationem  
nec Eclesiae consuetudini vel unquam latum esse concessuros, cum ipse Paulus  
Apostolus se nihil aduersus veritatem sed pro veritate tantum posse agnoscat  
2. Cor. 13. Alij vero, neq. illi magno numero, se affirmatiua pro vero habere  
dicunt.


dicent, si tamen ut eam dubiam et incertam esse, atq; etiam falsam esse posse vltro fateantur, seq; eam mutataros promittant, si Sedes Apostolica per definitionem fidei eam condemnent. Cur vero expressum Ecclesie preceptum expectent, nec voluntatem eius tot tam illustribus significationibus declaratam pro tanto precepto habere, publicamq; eius Consuetudinem emulari animum inducant, sed dissentienti licentia, quam eis Apostolica Sedes impertiuit, cum tam graui populorum offensa sive scandalo uti pergant, eius rei causam esse ingenue fatebuntur, non conscientiam, sed contentionem, quod vereantur ne ab alijs, cum quibus dissident, viti et ingenio ac doctrina inferiores videantur, aut disputando vinci, et causa cadere assuescant. Interea tamen dum Sedis Apostolica iudicio controversia sedetur, hae quoq; re indirecte Negatiue suffragabuntur, quod ab Ecclesia Conceptionis festo rem veram certam et indubitatum celebrari assentient, idq; hoc argumento, quoniam Ecclesia sit columna et firmamentum veritatis, quae non modo in diiudicandis fidei questionibus, sed nec in festis instituendis errare; imò nec errandi periculo exponi possit. At enim manifestissimum est, hanc in Conceptionis festo Ecclesia mentem ac sensum esse, ut Virginis ab omni peccato praeservatio celebretur. Nam in Rituali sive Officio Conceptionis quod Sixtus IV. ab Ecclesia Romana institutum testatur, quod etiam Tridentina Synodus comprobauit et eodem totus Franciscanorum Ordo Ly. VI. auctoritate decantat, in eo ergo officio ex Ecclesia praescripto, totidem verba legimus: Tota pulchra es Maria et macula originalis non est in te. Immaculatam Conceptionem Virginis Maria celebremus, Christum eius praeservatorem adoremus. Deus qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum filij tuo habitaculum preparasti; quasumus ut sicut ex morte eiusdem filij sui praeseruisa eam ab omni labe praeseruasisti: ita nos quoq; mundos eius intercessione ad te venire concedas. Itaq; omnes isti Dominicani, qui Ecclesiam in festis instituendis errare non posse adeoq; in Conceptionis festo rem veram, certam et indubitatum celebrari concedunt, eo ipso Negatiuam corroborant. Id autem hoc tempore totum ordinem fauere libellus S. Officij Cardinalibus anno 1622. ordinis totius nomine exhibitus, aperte confitetur. Idem porro quasi totum Ordinem ab anno 1500. vsq; ad 1600. fauere, imò etiam directe et aperte Negatiuam probare non y modo ubi clamant, quo eo saeculo optimus quisq; Ordinis et doctissimus in Hispania, Italia, Galliaq; edidit, sed alij praeterea publico vniuersi Ordinis nomine, nonnulli etiam Generalis Magistri iussu vulgati, Manualia, Missalia, Martyrologia, et Breviaria dico, neminem dubitare patiuntur.

Palam igitur iam est, non modo maiorem et meliorem Ordinis partem, sed etiam quasi totum Ordinem Negatiue fauere, ac si ratio sit inuenta,

qua eorum verecundia consulatur, ne scilicet tanquam disputando ab alijs  
viti erubescere neesse habeant, alio omnes simul pedibus in negativam  
ituros esse: cui consequens est, nullam cuiquam causam esse quin diuini  
erga ordinis homines conceptum remittat ac deponat, et immortalibus  
eiusdem ordinis erga Culeriam promeritis omne reuerentia, obsequij et  
beneficentia genij promptissimi referat.

Cuenta 318 folios útiles foliados  
20 Em.º 1905

319 fol. + fol. 251 à 258 rep. + 317 bis + 27 huj. en bl.  
faltan los fol. 278 y 279 (resto compl.)  
15 - Mayo - 1912




Handwritten text in red ink, possibly a date or reference number, located at the top of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include the year "1902".

A faint purple circular stamp or seal, partially obscured by the torn edge of the paper. The text within the stamp is illegible.







CAJA -2

65